SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

~ dicta die 16 martij 1553 ~

Priores populi castri Sancti Gemini
communis Terne

Electio medici

Chiro
nee Apollineeque artis doctori Magistro Hyeronimo Galli de Nursia viro
egregio ac filio dilectissimo salutem. Cum proximis diebus in nostro Generali Consilio de te
ipso eiusque fide, scientia atque experientia pluries optime cum successu compertis
summus prerogandum aut de alio idoneo medico in sequentem annum eligendo per
tractaretur, Tandem cum per fabas suffragia, et una omnium voce fueris ad
tale munus rerum curandorum corporum electus: propterea volentes nos populares
nostro amore et virtuti, fidei, scientie ac experientie tue iam probatis
digna merita pro viribus nostra reddere: te apollinee artis probe callentem
in tali tuo munere prerogare: scientes itaque ac opera tua probata credentes
a nullo minus maiorique affectione et caritate nostra sanari (si quando acciderit)
ab afflictis corpora morbis quod absit, ut poti qui medicine canonis
ignoris nullo: propterea te in nunc in sequentem annum uno omnium decreto
nostri consilij generalis electum creatum in tue prime conducte calce incohandum
et ut sequitur feliciter finiendum et prefatum d. Hyeronimum cum solito salario
domo comoda pro tua habitatione sumptibus nostri communis solvenda ac et cum
capitulis in alia tua electione transmissis: nec non cum honoribus et oneribus
solitis et consuetis eligimus nominamus prerogamus et in medicum dicte terre
ordinamus: Hoc tamen capitulo addito quod denariis solvere in fine huiusmodi
servendi tue conducte nostrum Archibusium effectualiter in manibus camerarij
nostri communis pro municionis dicte terre: precamur igitur humanitatem
tuam ut non inspecta mediocritati salarij sed datum hylaribus animis
electionem hanc differtur amore de cuius acceptatione vel renunciatione quod
absit per litteras tuas vel verbo termini duorum dierum spatio: nos facere certiores
per mercede nostri Cancellarij scutum unum transmictat nos prius electio cum
niscat. In quorum fide et robur has patentes nostras per nostrum Cancellarium scribi fecimus
et nostro solito sigillo communiri iussimus. Datum in nostro populari palatio
Quarto nonas Martij 1553

Bartholomeus Cancellarius manu propria

Die 23 octobris 1552

Consilium generalis

Congregato et coadunato consilio generali hominum et universitatis dicte terre
in amplo et valido numero ad sonum campane in sala magna palatij: de
commissione Magnificorum dominorum L. F. et priorum per ser. p. b. more solito et
consueto: In quo fuerunt infrascripte proposite lecte et vulgari sermone
exposite per me Cancellarium et hec sunt videlicet

1 - Imprimis quia pro residuo impostantie tenetur communitas solvere quatragintaduos scutos cum dimidio de auro in auro usque ad quindecim dies novembris unde sit providendum dicti quatraginta duos scutos cum dimidio ~

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 38, c. 25 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR